

Egyháztörténelmi adatok.

CLX.

A református és unitárius papok és mesterek szabadalmi Háromszéken.

A XVII. sz. elején már gondolt Boeszkai István fejedelmünk arra, hogy a hosszas belháborúk miatt elszegényedett papi rendet fölsegítse, nemesi szabadsággal ellássa. 1614-ben hajtotta végre e tervet utóda Bethlen Gábor mindjárt uralkodása elején. A két Rákóczi György is megerősítette e kiváltságokat. 1654-ben II. Rákóczi György adta ki ennek hiteles elismerését Csulai György püspök kérésére.

E fontos és érdekes oklevelet, melyet kiadásra nyertünk, itt alább adjuk a következő rövid ismertetéssel:

A háromszéki református és unitárius eklézsiák kiváltságlevelei gyűjteményének tartalma ez:

II. Rákóczi György 1654 július 13.-án Gyulafehérvárt kelt levelében jóváhagyja és megerősíti a Bethlen Gábor és I. Rákóczi György által a reformátusok és unitárius felekezetek részére kiadott kiváltságleveleket. E kiváltságlevelek megerősítését, illetve jóváhagyását II. Rákóczi Györgytől Csulai György, az erdélyi orthodox (református) hitűek püspöke a székely, nevezetesen Sepszi, Kézdi, Orbai és Miklósvár székekben, valamint az udvarhelyi és gyulafehérvári kerületekben lakó református és unitárius hitű előljárók, papok és iskola-rectorok nevében kéri.

A Bethlen Gábor által kiadott kiváltságlevél a papok, rectorok és özvegyeik kiváltságairól szól. Tartalma röviden a következő: Fájdalommal tapasztalja a fejedelem, hogy a mostani világban a professorokat s más tudós férfiakat nem becsülik meg kellőképpen s a fejedelmi udvarok ajtai nehezebben nyílnak meg az ilyenek előtt, mint a hízeltők előtt. Pedig a mint Croesus és Nagy Sándor példája mutatja a tudós férfiaknak már az ó-korban nagy becsületük volt. Ha már az ó-korban megbecsülték őket, mennyivel inkább fel kell karolnia neki az ügyüket. Úgy értesül, hogy a székely székekben lakó református, valamint az arianus, vagy másképpen egy Istent valló felekezet

vénei, papjai és tanítói, a kik eddig sikeresen nevelték a népet, mostanság kiváltságaikban sokszor zavartatnak. Sőt arra is van eset, hogy az egyházi férfiakat polgári, hadi s egyéb terhek viselésére is kényszerítik. Ő tehát, ki a vallásügyeket épp úgy szíven viseli, mint egyéb közügyeket, érdekükben Torjai Székely Péternek, Koppáni Istvánnak és Léerde Jánosnak, az ő kiküldötteinek előterjesztésére kimondja:

1. Minden pap és iskolamester az eklézsiához tartozó házakat és egyéb ingatlanokat, bárhol legyenek is azok s bármely jogos úton jutottak azok birtokába, mindaddig, míg az eklézsiánál szolgálatban vannak, akár megszakítás nélkül szolgálnak, akár kénytelenek szolgálatukat szükségből több-kevesebb ideig megszakítani, háborítatlanul birhassák. Továbbá ők is, árváik s eselédjeik is mindenféle rendes vagy rendkívüli adó alól föl legyenek mentve.

2. Az említett papok és iskolamesterek özvegyei mindaddig, míg másodszor férjhez nem mennek, a fenti kiváltságot élvezzék.

3. Az említett felekezetek papjai és rectorai saját püspöküknek engedelmesséjének.

4. Az egyházkerületekben évenként egy-egy előljáró hivatalos vizsgálatot tartson.

5. Az eklézsiák előljárói tizenöt naponként bármely székhelyen törvényeik s egyházi ügyeik intézésére gyűljenek össze.

E czikkeket minden papra és rectorra kötelezőnek jelenti ki.

Kelt Gyulafehérvárt, 1614 augusztus 10. Aláírva jobbról Bethlen Gábor, balról Petsi Simon kancellár, alább Bölöni Gáspár titkár.

Miután I. Rákóczi György is, ki előtt a reformátusok nevében Sikó István, Dálnoki Balázs és Besenyei Kövér Miklós és az úgynevezett unitáriusok nevében Szentiványi György mutaták föl e szabadságlevelet, ez helyesnek véli, megerősíti s még öt pontot függeszt hozzá:

1. Ne engedtéssék meg, hogy a rectorok ok nélkül szüneteljenek az eklézsia szolgálatában s így visszaélés támadjon.

2. A rectorok, ha szolgálatukat elhanyagolják, herék módjára az eklézsiákban ne élhessenek.

3. Ha papok és rectorok utódjai atyjuk nyomdokait nem követik az egyház szolgálatában, a többi nemesek példájára lovakkal és fegyverekkel fölszerelve a haza védelmére, a fejedelmnek és utódainak szolgálatára köteleztessenek.

4. Az úgynevezett unitárius papok, kik az említett három székhely székből vannak, ezután egyházi és más fegyelmi ügyben a református püspöktől függhenek s a vizsgálat tartásának joga is ők illesse meg.

5. A tizenöt naponként való összegyűlésre nem kötelez-

tetnek oly szigorúan, hogy azt bizonyos okokból el ne mulasztassák.

Kelt Fogarasban, május 10.-én, 1647. Aláírva jobbról Rákóczi György, balról Salárdi János titkár.

Ezt a két kiváltságlevelet Csulai György kérésére II. Rákóczi György is megerősíti s mindenkire kötelezőnek ismeri el Gyulafehérvárt, 1654 jul. 13.

A levél hitelességét bizonyítja Bölönben 1727 decz. 3. Cserei János a miklósvári szék királybirája. Továbbá Középján Hermányi Péter a bardóczy és miklósvári ref. tractus seniora és Ajtay A. András a fenti tractus esküdt jegyzője.

*

Copia Privilegii Status Ecclesiastici in Háromszék Religionum Reformatae ac Unitariae.

Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod reverendus Georgius Csulai Ecclesiarum Orthodoxarum in Transylvania Superintendens pro partibus et in personis reverendorum tam Orthodoxae quam Unitariae Religionum Seniorum, caeterorumque universorum verbi divini ministrorum, scholarumque rectorum in sedibus siculiculis: Sepsi, Kézdi, Orbai et Miklósvár, partibus item Udvarhely, et comitatu Albensi Transylvaniae, sub senioratu Sepsi degentium et commorantium exhibuit et praesentavit Nobis literas quasdam confirmationales privilegiales Celsissimi quondam Principis Domini Georgii Rákotzi Dei gratia Principis Transylvaniae, partium Hungariae Domini et Siculorum comitis et Patris et Praedecessoris Nostri pie defuncti in pergameno patenter confectas et emanatas, sigilloque eiusdem pendenti autentico in cera rubra communitas, continentes in se alias literas super certis quibusdam immunitatibus eorum, a Serenissimo olim Principe D. Gabriele Bethlen, alias Principe Transylvaniae et eisdem concessis, quibus mediantibus idem praedictus Princeps D. Pater et Praedecessor Noster pie defunctus easdem literas omniaque et singula earundem contenta sub certis modis et conditionibus punctatim seu arculatim in eisdem insertis elementer confirmasse dignoscebatur tenoris infra scripti, supplicans nobis humilime, quatenus Nos quoque literas easdem confirmationales, privilegiales, omniaque et singula earundem contenta literis Nostris verbotenus inseri et inscribi facere, ac pro ipsis, eorumque haeredibus et successoribus universis perpetuo valituras, consensum Nostrum benevolum, pariter et assensum illis praebere, confirmareque elementer dignaremur. Quarum quidem literarum tenor talis est.

Nos Georgius Rákóczi Dei Gratia Princeps Transylvaniae, partium Hungariae Dominus et Siculorum Comes etc.

Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod pro parte et in personis reverendorum Stephani Siko in Sepsi et filiali Miklósvár, certisque partibus Udvarhelyi et comitatus Albensis; Blasii Dálnoki in Kézdi, Nicolai Kóvér Bessenyei in Orbai, sedibus Siculicalibus Orthodoxorum seniorum, item Gregorii Szent-Ivani similiter senioris unitariam (ut vocant) religionem profitentis, caeterorumque universorum ministrorum et rectorum scholarum praefectarum, utrarumque religionum in tribus illis sedibus Siculicalibus Sepsi, Kézdi et Orbai degentium et commorantium, exhibitae sunt Nobis et praesentatae certae quaedam literae Serenissimi principis Domini Gabrielis Bethlen, Dei Gratia Transylvaniae Principis et felicitis memoriae predecessoris Nostri in pergamento patenter confectae emanataeque, sigilloque eiusdem Domini Principis impendenti, in cera rubra impressivae communitae et roboratae confirmationales; quibus mediantibus idem quondam Dominus Princeps nonnullus articulos, mutuo invicem ipsorum pastorum communibus votis et suffragiis sancitos, de et super dominorum ipsorum ab omnium censuum, taxarum, et contributionum pensionis, servitiorumque qualiumcunque exhibitionis, bellicarum expeditionum ingressus, ac magistratus secularis iurisdictionis exemptione, ipsorumque ministrorum ac rectorum ecclesiastico munere fungendorum, vel vero vacandorum vitae ac conditionum regulis, relictarumve ac orphanorum eorundem, post decessum ipsorum ex hac luce, quoad domus et haereditates huiusmodi ipsorum statu et conditione editos et conclusos acceptasse, aprobasse ac confirmasse dignoscebatur, tenoris infra scripti: Supplicatum Nobis extitit humilime, quatenus Nos quoque easdem literas privilegiales, omniaque et singula in iisdem contenta, rata, grata et accepta habentes, literis Nostris verbotenus inseri et inscribi facere, ac pro ipsis eorumque haeredibus ac successoribus universis perpetuo valituras gratiose confirmare dignaremur. Quarum quidem tenor literarum, seu verbalis contentia sequitur hunc in modum:

Nos Gabriel Bethlen, Dei Gratia Princeps Transylvaniae, partium Regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes etc.

Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod licet Nostra hac aetate perraro, ac etiam paucissimi reperiantur princeps, qui humanissimarum et optimarum disciplinarum studia, earundemque professores benevolentia aliqua complectantur; saepe enim plerique doctos viros, ut videmus, negligunt, contemnunt, ac etiam odio habere consueverunt, adeo ut crebrius adulatoribus aulas principum, quam ipsis oratoribus patuisse conspeximus.

Veruntamen veteres contrarium omnino faciebant, atque ut Romanos praetereamus (qui doctissimorum virorum quorumque consensu mortales omnes virtute, gloria atque animi prae-

stantia excelluerunt), nonne vetustissimi illi principes ac reges eruditissimis viris delectati sunt, et cum illis etiam summa benevolentia et amicitia convinctissime victitarunt? Eosdem enim adhibebant in consiliis maximarum rerum, illis auscultabant, illos observabant, venerabanturque. Talis erat, ut reliquos taceamus, Croesus, Lydorum rex opulentissimus, qui cum studio civilis sapientiae flagraret et cerneret barbaras illas nationes, quibus imperabat, viris clarissimis omnino carere, excitatus Anacharsis fama, non dubitavit ad eum Athenas unum ex familiaribus suis expedire, qui illum ad se accerseret, non contemnamque auri vim eidem deferret.

Talis quoque erat Alexander ille Magnus, quem universus mundus admirabatur et metuebat, qui nunquam doctissimorum virorum consortio carere passus est. Si igitur potentissimi quoque monarchae morum vitaeque suae institutores doctissimos tanto in pretio habuerunt, quanto magis Nobis personarum spiritualium (quarum remedio D. O. M. humanam salutem administrari voluit) exemplo veterum, immemores esse decet, easdemque negligere? Intelligentes itaque honorabiles viros universos et singulos presbiteros ac concionatores quarundam ecclesiarum passim in tribus sedibus Siculiculis Sepsi, Kézdi et Orbai existentes Orthodoxae fidei, ac etiam, ut vocant, Arianae fidei vel religionis unum verum Deum et mediatorem Jesum Christum profitentes ministros haecenus non sine fructu maximo plebem Dei instituisse, nunc vero post habita eorum ecclesiastica immunitate, a personis secularibus multis in rebus ordinibus ipsorum repugnantibus interturbari, seque muneribus eorundem immiscere. Imo non deessent etiam quidam eorum, qui effraenata in ipsos licentia et audacia usi, nulla rerum divinarum habita ratione, maximis molestiis, acerbisque insultationibus ipsos ministros et rectores scholarum afficientes, etiam ad onera civilia ac plebeia suscipienda, bellicasque expeditiones subeundas cogere et compellere, sibi praesumere non dubitarent.

Nos vero, quibus non minus religionis cultusque divini, quam aliarum rerum cura incumbit, hisce ministrorum incommoditatibus ac etiam periclitationibus concitati, non alienum a nostris institutis esse putavimus, quin debitam huius rei rationem iniremus ac de certis quibusdam articulis immunitates eorum spectantibus, per eosdem communibus votis et suffragiis editis, et conclusis nominibus et in personis reverendorum Petri Siculi Torjai, Stephani Koppani, et Johannis Léerde seniorum, caeterorumque universorum et singulorum ministrorum et rectorum scholarum praedeclaratorum pro confirmatione eorum, de nobis in forma libelli supplicis exhibitis, elementer prospicere dignaremur, tenoris infra scripti: Quorum quidem tenor talis est, verbalis continetia in hunc modum sequetur:

Primo. Cernimus a summo rerum cunctarum moderatore

universam totius mundi machinam ea lege, modo, ordine dispositam esse, ut alter alterius vim et naturam sustinere, eiusque officio fungi, vel ei immiscere nequaquam possit: Si enim nox vicem diei, ac dies iterum noctis tenebras subiret, flamma in undas, et aqua in ignem converteretur, caeteraque elementa naturam suam in contrarium permutarent, nihil prius exinde, quam omnium rerum subitanea corruptio subsequeretur. Ut autem status et ordo ecclesiasticus uno recto tramite temperetur, et ecclesiastica dignitas in secularem conditionem quovis temporis in articulo transfigurari nequeat; ideo statuimus communi decreto, ut si qui ministrorum ac rectorum praetactorum ecclesiarum ac scholarum aliquas domos et haereditates aviticas, emptitias, vel alio quocunque (iusto tamen et legitimo titulo) partas et acquisitas habuerint, ubivis eadem extiterint, intra id tempus, donec possessor earundem muneri ecclesiastico addictus fuerit, sive sit in officio continue, sive vero aliquandiu eodem vacari ipsi necessum fuerit. Nihilominus tamen ratione talium haereditatum tam ipsi, quam orphani eorundem vestigia parentum sequentes, imo etiam inquilini ipsorum ab omni censuum, taxarum et contributionum, tam ordinarium, quam extraordinariorum, subsidiisque et lucri camerae fiscalis solutione, servitorum quorundam plebeiorum et civilium exhibitione ac bellicarum expeditionum, tam generalium, quam partialium ingressu immunes et exempti habeantur, neque in illos magistratus secularis ullam iurisdictionem praetendat aut aliquos dominii et potestatis exercere possit et valeat. Quin imo peculiaris inter ipsos usus continuus Ecclesiasticus in perpetuum observetur.

Secundo: Tempore pacis de bello cogitare, ac in humanis agentibus de posteris aliquid meditari consultum semper censuimus. Itaque si qui praefactorum ministrorum et rectorum dispositione mentis divinae hac luce (ea enim lege sumus conditi) privarentur, in tali casu relictas et viduae eorundem donec nomine maritorum suorum defunctorum, mediantibus nuptiis secundis non immutaverunt, praemissa immunitate semper et ubique uti possint et valeant.

Tertio: Partes ipsae in uno corpore licet diversa habeant munia, nihilominus tamen ad conservationem totius corporis omnes earundem partium actiones tendere videmus. Unio et concordia ab omnibus sanis et piis hominibus non solum laudatur, verum perpetuis enchomiis quoque extollitur. Inde ab initio quo singulari Dei beneficio propulsis tenebris inspirante gratia spiritus sancti praemissae ecclesiae tam orthodoxae, quam Unitariae religionis illuminatae extiterunt. Orthodoxa et Unitaria religio in ipsis ecclesiis libera fuit.

Ipsi autem ministri et rectores, licet diversae extiterint religionis, attamen mirabili concordiae nexu uniti, dependentiam unusquisque habuerit a suo episcopo et seniore, unione eorundem salva tamen remanente.

Quarto; Incuria et socordia validissima quoque et optima fundata aedificia corrucere et collabi saepissime animadvertimus. Quod praecavere satagentes, visitationes ecclesiarum singulis senioribus in sua dioecesi annuatim semel autoritate principis et annuentia, adiuncto si necesse fuerit brachio seculari, exercere licitum sit.

Quinto: Legem animam civitatis merito dixere veteres philosophi, sine ea enim uti domicilium animae absque ipsa anima, ita etiam nulla respublica vel societas aliqua consistere potest. Ut autem praedeclaratus coetus autefatorum seniorum rectorumque in omnibus suis actionibus et operationibus legibus divinis legitimae compositiones et examinationes diebus quindenis in quibuslibet sedibus et senioribus observentur. Nos itaque praemissa supplicatione nobis modo, quo supra porrecta bene exaudita et admissa praescriptos articulos non abrasos, non cancellatos, nec in aliqua sui parte suspectos, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes, praesentibus literis nostris verbotenus sine augmento vel diminutione aliquali insertos et inscriptos quoad omnes earundem continentias, clausulas, articulos, et puncta eatenus quatenus idem rite et legitime existunt emanati, viribusque eorum veritas suffragatur, acceptavimus, approbavimus et ratificavimus, ac pro praefatis senioribus ministris et rectoribus, eorumque successoribus haeredibusque et posteritatibus ipsorum utriusque sexus universis perpetuo valituras confirmavimus, imo acceptamus, approbamus, ratificamus et confirmamus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Dat. in civitate Nostra Mediensi, die decima mensis Aug. Anno Domini millesimo sexcentesimo decimo quarto. Et subscriptum erat à dextra Gabriel Bethlen mp. à sinistra vero partibus Simon Petsi cancellarius mp. Paulo inferius Gaspar Bölöni secretarius mp.

Nos itaque praemissa supplicatione, nobis modo quo supra porrecta, faventer exaudita et clementer admissa praescriptas literas privilegiales non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes praesentibus literis nostris de verbo ad verbum (excepta duntaxat dorsali earundem ascriptione, qua mediante publicationes earundem occasione nonnihil per officiales earundem trium sedium, eadem privilegia ipsis concessa limitata, ac plerisque in articulis cassata et invalidata, licet ex post per iteratum eumque serium mandatum dicti domini principis patenter ad eosdem officiales super abrogatione praemissa ipsorum limitatione, cassatione et invalidatione emanatum, nobis in specie productum, viribus restituta fuisse videbatur) sine diminutione, augmento vel variatione aliquali insertas et inscriptas, quo ad omnes earundem continentias, articulos, clausulas et puncta, eadem rite et legitime existunt emanatae, viribusque earundem veritas suffra-

gatur, rata, grata, et accepta habentes, acceptavimus, approbavimus, ratificavimus ac pro praefatis Stephano Siko, Basilio Dalnoki, Nicolao Kövér Besenyey, et Gregorio Sz. Ivani senioribus, ac universis pastoribus et ministris, rectoribus scholarum in ecclesiis orthodoxis ac unitariis in tribus illis sedibus Siculicalibus habitis Sepsi, Kézdi, et Orbai existentibus commorantibus, modernis videlicet ac successoribus quoque et haeredibus universis perpetuo valituras gratisse confirmavimus, his duntaxat superadditis conditionibus.

Primo: Ne videlicet modernus rectorum vacantium numerus in dies in amplioem exerescere, abususque per hoc temporis in successu exinde irrepere sinatur.

Secundo: Ne iidem rectores neglectis utriusque status conditionibus, tamen sub nomine ecclesiastico fucorum (?) ad instar vitam ducere permittantur.

Tertio: Quod haeredes et posteritates pastorum ac rectorum vestigia parentum in ministerio ecclesiastico non sequuti, more aliorum nobilium, bonis equis, armisque optime instructi, fidelem patriae ac nobis successoribusque nostris universis operam navare debeant, forentque adstricti.

Quarto: Quod ministri (quod vocant) Unitarii in tribus iis sedibus Siculicalibus praefatis commorantes, eo quo iam nunc ex communi regnicolarum constitutione in usu est, a modo de hinc quoque successivis semper temporibus dependentiam suam quoad moraliam seu externam disciplinam a superintendente orthodoxo habeant, eique soli non vero unitaris ipsorum superattendenti visitandi ipsos potestas concedatur verum si quid ipsis cum eo negotii in rebus religionem ipsorum concernentibus interveniat suo illum loco relinquere debeat.

Quinto: Quoad quindenae celebrandas non tam stricte sint obligati, ut eas certis etiam de causis intermittere minime liceat. Prout acceptamus, approbamus, ratificamus et confirmamus. Datum in arce nostra Fogaras. Die 10 mensis Maii. Anno 1647. Et superscriptum erat a dextra. Georgius Rákotzi mp. a sinistra vero inferiori margine, Johannes Salárdi v. secretarius mp.

Nos itaque praemissa supplicatione antedictorum seniorum, caeterorumque verbi divini ministrorum ac scholarum rectorum medio praenominati reverendi Georgii Csulai apud nos humiliter facta, benigne exaudita, et admissa, easdem literas confirmationales, privilegiales, omniaque et singula in eisdem contenta, sine diminutione et augmento aliquali non abrasas nog cancellatas, nec in ulla sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes praesentibus literis nostris insertas et inscriptas, quoad omnes earundem continentias, clausulas, articulos et puncta, eatenus, quatenus eadem rite et legitime existunt emanatae, viribusquae earundem veritas suffragatur, ratas, gratas et acceptas habentes, pro iisdem praedictis senioribus ac

verbi divini ministris scholarumque rectoribus, haeredibusque et successoribus eorum universis perpetuo valituras gratiose approbavimus, confirmavimus, ratificavimus, nostrumque illis consensum benevolum pariter et assensum praebuimus; prout acceptamus, approbamus, ratificamus, confirmamus, consensumque et assensum illis benevolum praebemus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in civitata nostra Alba Julia. Die 13. mensis Julii. Anno domini 1654. Georgius Rákotzi. mp.

Quod praeinsertae literae privilegiales, ex veris suis originalibus, sine omni vitio, mutatione, additione, demptione, conectione, suspicioneque sint pariatas et collectas per me attestatur fide mediante. Datum Bölön, die 3 Decembris 1727. Johannes Cserei v. iudex regius sedis Siculicalis Miklósvár. mp.

Ego quoque similiter attestor fide mediante. A. 1727 3 Decembris Közép-Ajta. Petrus Hermányi senior venerabilis tractus reformati in sedibus Bardotz et Miklós-vára.

Ego quoque similiter attestor fide mediante. Anno 1727. 3. Decembris. Ajta. Andreas A. Ajtai iuratus notarius venerabilis tractus reformati in sedibus Bardotz et Miklós-vára.

(A vargyasi Daniel-család levéltárából.)

Közli: ID. DANIEL GÁBOR.

Rédiger Géza emlékezete.*

(1845—1905.)

Alig egy rövid fél éve, hogy Rédiger Gézát társaságunk rendes tagjául választotta s már a nélkül, hogy megillető helyét sorainkban elfoglalhatta volna, mint néhai barátunkról kell róla megemlékeznünk. Az elismerés babérágát, melyet feléje nyujtottunk, a marosvásárhelyi közkórház kórágán fogadta ő s a sír széléig még annyi ideje és ereje se volt már, hogy baráti jobbját nyujthassa nekünk az elismerő figyelemért. Annyival megnyugtatóbb reánk nézve, hogy ez eszményies lelkületű férfi utolsó óráinak nehéz küzdelme közepette lélekben maga körül érezhetett minket s elismerésünk szelid fényét magával vihette a ráboruló sötét éjbe s nemes szive érezhette, hogy a szellem köztársaságából nem távozik hontalanul.

Míntha küzdelemteljes életének és hazafias lelkületének ez erkölesi elégtételt a gondviselés nyujtotta volna általunk!... Mert bár őt hiu dicsvágy sohase nyugtalanította, sőt egyik barátjához irt soraiban hatvan éves életkorára utalással maga figyelmezteti Petőfi szavaira:

„És a dicsőség oh mi szép,
Mi jó lehet láng-ifjunak,
De száraz törzsön a galyak
Többé meg nem fogamzanak“ —

emberi természetünkben rejlő tulajdonság mégis az, hogy jól esik, ha illetékes közvélemény hangzik felénk: „nem éltél hiába!“ S ezt a kedvező ítéletet Rédiger Gézára nemcsak mint emberre, de mint költőre is bizvást kimondhattuk — s jó hogy ezt ő maga is még meghallhatta, s szívében társaságunk iránti hálával zárhatta le szemeit.

Mínthogy azonban ő egy szerény körben, falusi elvonult-

* Felolvastatott az „Erdélyi Irodalmi Társaság“ ülésén, 1906. jan. 21-én.